Mos est martiani ut semper sequentem librum cum fine superioris iungat. 26

POSTQUAM CONTICUIT PRUDENS PERMENSIO TERRAE

Innuba sollertes curamque instigat in astes.
Sic abacum praestare iubet sic tegmine glauco
Pandere pulvereum formarum ductibus aequor;
Altera tunc etiam gerulatrix accire iubetur
Germana doctae mundum quae admensa sorori.
Nec mora digreditur; tunc rursus dia voluptas
Ipsius aetherea cyllenii inmurmurat aure;
Cum doctas superis admirandasque puellas
Approbat armipotens. tu optati lentus amoris
Gaudia longa trahis. cantuque eludis honore
Seria marcentum stupidans commenta maritum.
Talia complacita spectas fastigia virgo.
Nec te cura thori. nec te puer ambit erycis.
Nec mea mella rapis; quae nam haec himenaea lexe.
In veneris agro pallas sibi vendicat usum.
Qua melius thalamo dulcis petulantia fervet;
Casta maritalem reprimit tritonia mentem.
Et nuptae nonnumquam venit; poscenda dione est.
Conveniensque tibi potius celebrare priapum.

His atlantiades auditis. licet risu inhibere vix posset. ne visa
cetus tamen et inpar lepidulis haberetur hilaro susurramine.

IAMBICU DIMETRU CATALECTICUM

Licet urgeas voluptas. Thalamos iure suadens. Sic respondit;
Tamen exerce pertas. Breuis ambitus puellas. Demum nec ipsa
malis. Cessatur intricatus. Tardabo fulcra lecti. Et si quid illa nostre.

Recipit anapestum et spondeum et se ipsum in capite.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_1577/0055